

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae etc. Si-
gnificamus tenore presentium quibus expe-
dit universis, quia coram nobis personaliter
constitutus nobilis Joannes Goszcki
auius noster sponte et libere recognovit, quia
nobilis Signeus Sienicki illi satisfecit pro
summa quingentorum florenorum in mo-
neta per triginta grossos quemlibet flo-
renum computando, quam in mutuum ei
concesserat, et ipse illi eam inscripserat et
obligaverat in villa sua Strachoczyn in ter-
ra Sandomiriensi sita, eandemque sum-
mam quingentorum florenorum prefatus
Signeus Sienicki, ipsi Joanni Goszcki to-
taliter et in effectu exolvit, et ad manus
eius consignavit, ratione cuius satisfactionis
et solutionis predictus Joannes Goszcki, ipsum
Signeum Sienicki de suprascripta quingen-
torum florenorum summa quietavit, absol-
vit et liberum fecit, literasque inscriptionis
eiusdem summae, et obligationis super vil-
la Strachoczyn ut premissum est, factae, cas-
savit et mortificavit, ac cassat et mortifi-
cat per presentes, promittendo et se inveni-
endo, quod nunquam amplius petet aut exi-
get quovis modo vel pretextu predictos quin-
gentos florenos sibi solutos a praeonomi-
nato Signeo Sienicki, vel ab eius legitimis here-
dibus et successoribus, prefatae villa Stracho-
czyn possessoribus pro tempore existentibus.

Quod

Quod si unquam ipse Ioannes Goszicki
post datam presentium literarum, aliquas
quascunque literas seu scripturas, quarum
vigore ipsos quingentos florenos predictos
repetere posset, a prænominato Ibgneo Sier
nicki, vel eius successoribus, in quocunque
iudicio exhibuerit, aut ipsius successores ex
hibuerint seu produxerint, debent haberi pro
non exhibitis et non productis, illique ve
nuntiat, ac pro cassatis et mortificatis
habere vult, prout eas generaliter univer
sas, et singulariter singulas cassat, mor
tificat et in nihilum redigit, harum tes
timonio literarum, quibus sigillum nostrum
est appensum. Actum et datum Cracoviae
Jeria sexta proxima ante Dominicam Iu
dica, anno Domini 1532. regni vero nostri
anno 26.